



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. IV. De Sponsa duorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

termino, intra quem qui voluerit, & potuerit, legitimum impedimentum opponat, quæ impedimenta etiam ipsi Presbyteri investigare debent. Quod si probabilis conjectura sit de impedimento, interdicitur matrimonium, donec de impedimento constiterit, c. *Cum inhibito*. 3. & *ult. in princ. h. t. n. 25*. Denuntiationes, seu proclamationes sunt monitiones quædam, quæ præmittuntur matrimonio contrahendo, ut si quis impedimentum novit inter sponfos, illud aperiat, n. 26. Quæ. nunc 1. An denuntiationes sint de essentia matrimonii, vel saltem de præcepto? Resp. validum est matrimonium, etiamsi nullæ denuntiationes præmittantur, vel fiant, peccant tamen mortaliter, tam Parochus assistens matrimonio, quam ipsi contrahentes, si eæ non sint factæ, n. 27. Quæ. 2. Ubi, quomodo, & quando fieri debeant denuntiationes? Resp. 1. Si sponsi ad diversas parochias spectent, denuntiationes in utriusque contrahentis parochia faciendæ sunt, nisi contraria sit consuetudo, ut tantum fiant in parochia unius sponsi, in qua celebrandæ sunt nuptiæ. 2. Denuntiationes debent fieri continuis tribus diebus festivis, inter quos scilicet non mediant alia festa, etsi intercedere possint, ac debeant aliquot dies profecti. 3. Debent fieri in Ecclesia, inter Missarum sollemnia: quamvis etiam extra Ecclesiam, & die non festo, in quo tamen est frequens populi concursus, hæc denuntiationes fieri possint, in qua re observari debet cuiusque Ecclesiæ consuetudo, n. 28. Quæ. 3. Quis possit dispensare, ut denuntiationes matrimonii omittantur, & ob quas causas? Resp. Episcopus, ex iusta causa, dispensare potest, juxta *Concil. Trident. Sess. 24. c. 1. de ref. matr.* Item Vicarius Generalis Episcopi, & ex quibus causis? n. 29. Si denuntiationes sint prætermittæ ante nuptias, tunc post nuptias ante consummationem matrimonii faciendæ sunt, n. 30. Post factas denuntiationes, is, qui scit impedimentum etiam occultum, illud deferre, & denuntiare debet, & quando non? n. 31.

§. V. De probatione matrimonii clandestini, & ejus publicatione.

Alleganti matrimonium clandestinum incumbit onus probandi: quod si mulier neget desponsationem esse factam, vir verò affirmet, viro incumbit probatio: si verò vir neget, & mulier affirmet, mulieri incumbit probatio, c. 1. h. t. Hodie verò post *Concil. Trident.* cum matrimonia clandestina sint irrita, inanis, & frustratoria esset talis probatio, n. 32. Ecclesia non judicat de clandestinis matrimoniis, sed si contrahentes ea volunt publicare in Ecclesia, hæc recipienda sunt, & publicanda in Ecclesia, nisi rationalis causa obstat, n. 33. & 34. Publicatio matrimonii clandestini hunc effectum tribuit, ac si ab initio in facie Ecclesiæ contractum fuisset, cit. n. 34. Illi, qui prius matrimonium clam contraxerunt, & postea palam cum alio, vel alia, non sunt cogendi ad prius matrimonium, sed posterius observandum, n. 35.

§. VI. De penis matrimonij clandestini, & clam contrahentium, vel ei assistentium.

Quæ. 1. Quæ sint pænæ ipsius matrimonij clandestini? Resp. Quamvis aliàs filij ex matrimonio invalido geniti, quando uterque parens, vel saltem alter bonâ fide contraxit, ignorans impedimentum, sint legitimi: si tamen matrimonium illud nul-

lum fuit clandestinum, tum filij ex eo geniti illegitimi, non obstante bonâ fide parentum, *ult. §. Si quis verò h. t. n. 36*. Prædicta autem matrimonij clandestini, ut proles sit illegitima, locum, non tantum si matrimonium nullum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, quod coram Parocho, & testibus, missis denuntiationibus, in initum fuit, certum clandestinè, & non in facie Ecclesiæ celebratum, 38. Altera pænâ matrimonij clandestini, est, quod intra gradus prohibitos scilicet matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & penis onis consequendæ careat, n. 39. Quæ. 2. Pænæ contrahentium matrimonium clandestinum, & testium assistentium? Resp. Prima est, quod dantur inhabiles, non absolute ad matrimonium, sed ad sic contrahendum, id est, ad nuptias. Secunda pænâ est arbitraria, sunt compuniendi, arbitrio Episcopi, n. 40. Quæ. 3. Pænæ Parochi, vel alterius Sacerdotis, qui matrimonium clandestinum prohibere contempserit, cumque alius Sacerdos, etiam Regularis, sumpsit interesse, per triennium a beneficiis, & si culpa exegerit, etiam gravibus sunt. Ipsi etiam contrahentes contra compuniendi sunt. Item si quis ad impedimentum matrimonium, impedimentum nullum jecerit, Canonice puniatur, cit. c. 3. & *ult. §. 41*. Idque declaratur, n. 42. & 43. Episcopus potest Parochum suspensum per triennium terfuit matrimonio clandestino, absolvetur.

SERIES CAPITVLORVM

IN ANTIQVIS	n. 25. & seq.
c. 1. n. 32.	verò n. 36. & 37.
c. 2. n. 33. & seq.	& §. fin. n. 34.
c. 3. & ult. in princ.	seqq.

TITVLVS IV.

DE SPONSA DUORVM

§. I. Si aliqui bina sponsalia cum diversis personis contraxerint, quænam sint valida?

Resp. Is, qui successivè contraxit, debet adherere primæ: si verò prius contraxit de futuro cum una, & postea per verbum senti cum altera, debet adherere secundæ, n. 1. Idque declaratur, n. 2.

§. II. An sponsalia de præsentibus dissolvantur, si matrimonium consummatum?

Resp. Sponsalia de præsentibus, si matrimonium prius contractum, sed non consummatum, dissolvitur per subsequens matrimonium, etiam carnalem copulam sit consummatum, c. 1. n. 3. & 4. Præterea qui duas per verbum desponsavit, prius desponsatam, etiam non consummatam, habebit in uxorem, quamvis secundo carnaliter cognoverit, non obstante com-

suetudine, n. 5. Sed neque Papa potest condere legem, ut matrimonium ratum, & non consummatum dirimatur per subsequens carnali copulâ consummatum, n. 6. Qui accepit in uxorem, quam alter sibi prius desponsaverat per verba de presenti, debet illam dimittere, & nunquam potest esse legitima ejus uxor, debetque 40. diebus pœnitere in pane, & aqua per 7. sequentes annos, c. 2. h. t. n. 7. Quæ requirantur, ut contrahens matrimonium cum desponsata alteri per verba de presenti, omnino inhabilis fiat ad ducendam illam, etiam post mortem primi viri? n. 8.

§. III. An appellans in causa matrimoniali possit, lite pendente, aliud matrimonium contrahere?

Resp. pendente lite super matrimonio, et si appellatum fuerit, non potest aliud matrimonium contrahi cum alia, & si talis contraxerit, tale matrimonium est separandum, ac irritandum, c. Tua 4. h. t. n. 9. & 10. Vel saltem ulus matrimonij prohibendus, cit. n. 10.

SERIES CAPITVLORVM.

IN ANTIQVIS.	c. 3. n. 3. & seq.
c. 1. n. 1. & seq.	c. 4. n. 9. & seq.
c. 2. n. 7. & seq.	c. 5. & ult. n. 5. & 6.

TITVLVS V.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS in desponsatione, vel in alijs contrahibus.

§. I. Quid sit conditio, & quoruplex, quid modus, causa, & demonstratio, quæ matrimonio, aliisque contrahibus apponuntur.

ASSERTIO I. Conditio propriè dicta est dispositio, id est, actus, vel contractus suspensio in futurum tempus, & eventum incertum, & explicatur per particulam *Si*, ut contraham tecum matrimonium, si pater tuus consenserit. Modus est qualitas adjecta dispositioni, per quem onus aliquod adjicitur, ad quod obligatur contrahens, & explicatur per particulam *Ut*. v. g. duco te, ut divitias, vel honorem consequar. Causa apponitur, quando exprimitur causa, ob quam contrahitur matrimonium, & explicatur per dictionem *Quia*, ut duco te, quia dives, vel pulchra es. Demonstratio fit, quando demonstratur persona, cum qua contrahitur, ut duco te, quæ es, libera, vel virgo. n. 1. Aff. 2. Conditiones quædam sunt generales, aliæ speciales, quædam intrinsecæ, aliæ extrinsecæ: item quædam sunt necessariæ eventuræ, aliæ impossibiles: rursus aliquæ contingentes, & possibiles: quædam honestæ, quædam turpes, quædam indifferentes, seu impertinentes. Denique ex turpibus quædam sunt contra substantiam, & bona matrimonij, aliæ non. n. 2.

§. II. An conditio contractui matrimonij appositæ, illud vitiet, vel suspendat?

ASSERTIO I. Matrimonium contractum sub conditione relata in tempus præsens, vel præteritum, non suspenditur, vel vitiat, sed statim valet, si conditio est, vel fuit posita: non valet, si ea non existit, vel non extitit. v. g. duco te, si es virgo, nobilis, dives &c. n. 3. Aff. 2. Matrimonium contractum sub

conditio de futuro possibili, honesta, & contingente, v. g. duco te, si pater tuus consenserit, suspenditur, ita ut non valeat, nec obliget, donec conditio impleatur. n. 4. Imò etiam sponsalia de futuro jurata possunt contrahi sub conditione de futuro, neque prius obligant, donec conditio fuerit impleta, nisi consensus de presenti, aut carnalis copula fuerit secuta, c. De illis. 3. h. t. n. 5. & 6. Hodie verò hujusmodi præsumpta matrimonia non valent, nisi coram Parocho, & testibus sint contracta, cit. n. 6. Solvitur objecto n. 7. Qui matrimonium contrahit per verba de presenti sub conditione non improbat ab Ecclesia, ut contraho tecum, si pater meus consenserit, non est cogendus ad contrahendum, & multò minùs ad consummandum matrimonium, nisi accedat consensus patris, quia non potest dici consensus de presenti, c. Super eo. 5. h. t. n. 8. & 9. Matrimonium non potest conferri in arbitrium alterius, cit. n. 9. Probabilius est non tantum consensui matrimonij, sed etiam ipsi matrimonio adjici posse conditionem, v. g. contraho tecum, si pater meus consenserit. num. 10.

§. III. An conditio de futuro necessaria, vel impossibilis, adjecta matrimonio, illud vitiet, vel suspendat?

ASSERTIO I. Matrimonium contractum sub conditione de futuro necessaria, ut contraham tecum, si cras sol oriatur, non suspenditur per conditionem adjectam, nec vitiat, sed perinde est, ac si ea appositæ non esset, adeoque validum est tale matrimonium, modò contrahentes sciant conditionem esse necessariam. n. 11. Aff. 2. Matrimonium contractum sub conditione de futuro, quæ repugnat substantiæ, & bonis matrimonij, invalidum est: si verò in contractu matrimonij conditio impossibilis, vel turpis apponatur, quæ non est contra substantiam matrimonij, ea habetur pro non adjecta, & matrimonium tenet, c. 7. & ult. h. t. n. 12. Declaratur n. 13. Quando conditiones turpes, & inhonestæ adversus substantiam matrimonij appositæ non irritant contractum matrimonij? n. 14. Sicut matrimonium contractum sub conditione suspensiva, quæ est contra illius substantiam, non tenet: ita non tenet, si fuerit contractum sub conditione resolutive, ut contraho tecum, si non invenero aliam ditiores, n. 15. Conditiones turpes, vel impossibiles, quæ matrimonij substantiæ non adversantur, non reddunt irritum matrimonium, sed rejiciuntur, & pro non adjectis habentur, favore matrimonij, ut contraho tecum, si furtum feceris, n. 16. Quenam requirantur, ut conditio impossibilis rejiciatur in contractu matrimonij? n. 17. Omnes fideles censentur recipere Sacramenta, juxta intentionem Ecclesiæ, n. eod. Quando matrimonium contractum sub conditione turpi, vel impossibili non teneat, propter defectum consensûs conjugalis? n. 18. Præterea matrimonium sub turpi conditione contractum, eâ reiectâ, servandum est, c. 1. h. t. num. 19. ubi etiam aliæ expositiones referuntur. Qui sponsalia contrahit sub conditione honesta, si pater suus consentiat, & ante impletam conditionem, habet copulam cum illa, à conditione recessisse videtur, & matrimonium tenet, c. Per tuas. 6. h. t. n. 20. Sponsalia de futuro, non tantum pura, & ab-